PASSIO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

CONTEXTA

EX QUATUOR SS. EVANGELIIS

Juxta lectionem vulgatæ editionis

Secundùm ordinem rei gestæ:

PER

THEODORUM DE COCK
ULTREJACTINUM,

Sac. Theol. Doct. Sanctiss. Dom. Nostri CLEMENTIS XI. *Sacellanum intimum : Insignis Basilicæ ad S. Laurentium in Damaso Canonicum : nuper in fœderato Belgio cum facultatibus Vicarii Pro-Vicarium Apostolicum &c.*

ROMÆ. MDCCVII.
Apud FRANCISCUM GONZAGAM in Via Lata.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiss. Patri Sac.Palatii Aposto-
lici Magist.

Dominicus de Zaulis Episcopus Verulanus Vicesgerens.

IMPRIMATUR

Fr.Paulinus Bernardinius Sac.Apost.Palatii Magist. Ordinis Prædicatorum.

Sanctiſſimo Domino Noſtro
SACERDOTI MAGNO,
Pontifici Maximo
CLEMENTI XI.

Beatiſſime Pater.

POſt annorum non paucorum labores, in Miſſione Batavicâ exantlatos, ſub Veſtræ Beatitudinis umbrâ reſpirans; ignavum duxi, conceſſam otio dare quietem. Ab Intimi Sacrarii Pontificii, Chorique muneribus, quibus immerentem me munificentiſſimè decoravit Sanctitas Veſtra, horam quandoque ſuccidi; quam evolvendis Sacris Eloquiis, Sacratiſſimam Domini Jeſu

Paſſionem potiſſimùm enarrantibus, conſecravi. Nihil enim rebar opportuniùs, nihilque ſalubriùs, quàm illa revolvere Religionis Avitæ Myſteria; quæ magno populorum exemplo, maximoque Eccleſiæ univerſæ ſuffragio, quotidiè à Te, Summe Sacerdos, ad Aram exerceri cernebam. Siquidem decet adſtantes agnoſcere, quid agitur: ut quod tractatur, ſtudeant imitari. Quamobrem ut memoriæ, ut intellectui, ut affectui, ut toti interiori homini, Sacras Meditationes amanti, meo otio deſervirem; hanc elucubrationem devoto calamo compilavi. Quam ad B. V. Sacratiſſimos pedes profundâ cum veneratione deponens, poſt humillimum eorundem oſculum, & illi, & mihi ſupplex Benedictionem deprecor Apoſtolicam.

Beatitudinis Veſtræ

Romæ: Dominicâ Paſſionis 1707.

Humillimus, Obligatiſſimus, Obedientiſſimus
Servus Cliens, Sacellanus Secretus
Theodorus de Cock.

PRÆFATIO.

Pietati Tuæ, benevole Lector, exhibeo Dominicæ Passionis historiam, à quatuor Evangelistis una velut penna conscriptam, digestam juxta seriem rei gestæ, in distinctaque summaria dimembratam. Nec jota unum addo, nec apicem demo. Sic illa Tuo congruit studio meditandi. Enimverò fides Tua, quæ salvificæ meditationis initium est ac veluti basis, in sacrarum Scripturarum concordia solidatur: in ordine verò scriptionis, intellectus meditabundus suavem reperit claritatem: demum facilitatem præbet amabilem, periodorum diversa narrantium succincta distinctio. Solidam itaque, suavem, ac facilem ut frequenter instituas Christi Passi memoriam, hoc tibi opusculum famulabitur.

Jam verò, quam uberes, quam salubres, quam gratos Tibi pariat fructus, frequens & assueta Passionis Dominicæ meditatio; non oracula Scripturarum, non placita Patrum, non Asceticorum Magisteria, sed ipse Te usus edoceat. Experiere profectò (si tamen in his mysteriis es, & hæc meditaris) quod illa Te in cubili compungent: si quid fortè perperam in corde, aut in ore dixeris, aut in opere feceris. Senties in adversitate præsidium, in tentamine robur, in dolore fiduciam, in exercitatione constantiam. „Inde tolerantia Martyrii provenit, quod in S.Bern. Serm.61. in Cant. cap. fin.
„ Christi vulneribus tota virtute versetur, & jugi meditatione commoretur. In illis stat Martyr tripudians „ & triumphans, toto licet lacerato corpore, & rimante latera ferro. Ubi ergo tunc anima Martyris? „ Nempe in vulneribus Jesu Christi, & vulneribus „ nimirùm patentibus ad introeundum. Si in suis esset „ visceribus, scrutans ea; ferrum profectò sentiret, do„ lorem non ferret, succumberet, & negaret.) Denique

in

S. Bern. Serm. 22. in Cant. in fine. „ *in cassum quis laborat in acquisitione virtutum, si*
„ *aliunde eas sperandas putat, quam à Domino virtu-*
„ *tum: cujus misericordia opus justitiæ, cujus vita*
„ *speculum temperantię, cujus mors insigne est fortitudi-*
nis.) Quid! quod exercitatos habens sensus, ipsum quodammodò Christum induit Crucifixum: propter quem ipsi Mundus crucifixus est, & ipse mundo; terrena despiciens, amans cœlestia; illa arbitratur ut stercora, ut hæc sive Christum lucrifaciat.

D. Bonavent. Præfat. ad Medit. de vita Christi. *Verumtamen si, quos attigimus, fructus carpere ex hac meditatione contendis, benevole Lector; ita Te præsentem exhibeas his, quæ per Dominum Jesum dicta, facta, ac tolerata narrantur, ac si Tuis auribus audires ac oculis ea videres. Quid enim! An Jesus Christus heri, & non hodie? Quin idem ipse & in sæcula. Agnus nempe occisus ab origine Mundi: cujus diem, dissitum quidem intervallo dierum, sed fide præsentem, ut vidit Magnus ille Pater fidei nostræ, exultavit atque gavisus est. „ Habet enim hanc potentiam vera fides, ut ab iis*
D. Leo Serm. de Pass. 19. c. 1. „ *mente non desit, quibus corporalis præsentia interesse*
„ *non potuit; & sive in præteritum redeat, sive in fu-*
„ *turum se cor credentis extendat, nullas sentiat moras*
„ *temporis cognitio veritatis. Adest ergo sensibus no-*
„ *stris imago rerum pro nostra salute gestarum; & quid-*
„ *quid tunc Discipulorum perstrinxit animos nostros*
D. Leo Serm. de Pass. 12. c. 1. „ *quoque tangit effectus.) „ Annitendum est itaque,*
„ *auxiliante Domino, ut perspicuum habeat intelligen-*
„ *tia, quod notum fecit historia: nec aliud sit; audisse,*
„ *quæ lecta sunt; quam vidisse, quæ gesta sunt.*

D. Leo Serm. 8. de Pass. c. 6. „ *At non illa tantùm species aspectui mentis occurrat,*
Deut. 28. 67. „ *quæ fuit in oculis impiorum; quibus per Moysen di-*
„ *ctum est:* Et erit pendens vita tua ante oculos tuos,
„ & timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ. *Illi*
„ *enim nihil in crucifixo Domino præter facinus suum*
„ *cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides*
vera

„ *vera justificatur, sed quo conscientia iniqua torque-*
„ *tur. Noster verò intellectus, quem spiritus veritatis*
„ *illuminat, gloriam crucis, cœlo terraque radiantem,*
„ *puro ac libero corde suscipiat, & interiore acie vi-*
„ *deat.) Videat gratiam Crucifixi, quæ de gloriosa Cruce dimanat. Videat Jesum, non ab hominibus tantùm, sed etiam pro hominibus crucifixum:* Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. *Quin tu, benevole Lector, accede propinquius: dic, uti Anima diligens & dilecta:* Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. „ *Quid facis, ò Paule, dum communia pro-*
„ *priè tibi vindicas, quæque pro toto terrarum orbe*
„ *facta sunt, tibi facis peculiaria? non enim dixisti,*
„ *qui dilexit nos; sed, qui dilexit me. Atqui Evange-*
„ *lista dicit: Sic Deus dilexit Mundum. Quin & tu*
„ *ipse dicis: qui proprio filio non pepercit, sed tradidit*
„ *eum pro omnibus nobis. Non igitur pro te, sed pro*
„ *omnibus .... Declarat, par esse, ut quisque nostrum*
„ *non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum so-*
„ *lum advenisset. Neque enim recusaturus erat, vel ob*
„ *unum tantam exhibere dispensationem, adeò singu-*
„ *lum quemque hominem pari charitatis modo diligit,*
„ *quo diligit orbem universum.) Hæc meditare: in his esto.*

Ephes. 5. 2.

Gal. 2. 20.

D. Chrysost. in cap. 2. ad Galat.

Joan. 3. 16.
Rom. 8. 32.

Illu-

Illustrissimo Domino Theodoro de Cock.

LAborem tuum pium in concinnanda Christi Domini Passione, per puros Sacrorum Evangeliorum textus, aliàs typis Batavicis editum cum plurimorum utilitate, modò etiam majori cura, atque ordine exactiori edendum, commendo summopere, & quamprimùm opto typis Romanis exprimi. Hæc mea vota sunt ardentissima, ad meam quoque, & aliorum utilitatem. Ex Collegio Urbano de Propaganda Fide die 14. Januarii 1707.

Joannes Pastritius Theol. ac Philos. Doctor, & Polemicæ Theol. Lector Jubilatus.

Illustrissimo Domino Theodoro de Cock.

SAcram, ac piissimam opellam, Illustrissime Domine, non tam probare in votis est, quàm cunctis velut fasciculum pietatis, atque omnigenæ virtutis fragrantia redolentem commendare. Quid enim suaviùs, quam totius dilectionis Christianorum objectum, scilicet Christum crucifixum piis mentibus odorandum juxtà, atque adorandum exponere? Equidem *inter opera Dei, in quibus humanæ admirationis fatigatur intentio, nil ita contemplationem mentis nostræ oblectat, & superat, sicut Passio Salvatoris*; ut innuit Sanctus Leo Serm. 11. Hanc in tota tua opella proponis meditandam, quod æquissimum omninò est, nam *de dilecto nunquam satis. Neque enim potest deficere, quod dicatur, dum numquam potest satis esse, quod dicitur*, ut monet ibidem S. Pater. Quamobrem censeo, imo exopto, ad uberem piarum Animarum fructum, nec non commune ad fidelium emolumentum, ut festinè ad lucem prodeat. E Conventu S. Mariæ super Minervam 2. Aprilis 1707.

Fr. Jyacinthus Fonseca Sac. Theol. Magister, ac Ex-Provincialis Ordinis Prædicatorum, necnon in Collegio Urbano de Propaganda Fide Sac. Theol. Scholasticæ Professor Jubilatus.

PASSIO

PASSIO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

CAPUT PRIMUM.

Præambula ad Paſſionem Domini: videlicet, Paſſionis prædictio: ejus cauſa ex parte Judæorum: ex parte Judæ: machinatio mortis ex parte Judæorum: Judas vendit Jeſum. Prædictio lapſus Judæ: & Petri. Ultima prædictio Paſſionis.

I. CÆPIT [a] Jeſus oſtendere Diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Jeroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. — *Paſſionis prædictio.* — a Matt. 16. 21.

II. [b] Collegerunt ergo Pontifices, & Phariſæi Concilium, & dicebant: quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Unus autem ex ipſis, Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, quod Jeſus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum. — *Paſſionis cauſa ex parte Judæorũ.* — b Joan. 11. 47.

Eadem ex parte Judæ.
a Joan. 12. 1.

III. Jesus [a] ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo.

Maria ungit.
b Matt. 26. 6.
c Marc. 14. 3.
d Matt. 26. 7.
e Joan. 12. 3.
f Marc. 14. 3.
g Matt. 26. 7.
h Joan. 12. 3.

Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi. [b] Cùm autem Jesus esset in Bethania, in domo Simonis leprosi, [c] & recumberet; venit mulier habens alabastrum, unguenti nardi spicati pretiosi; [d] accessit ad eum, [e] & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis: [f] & fracto alabastro, [g] effudit super caput ipsius recumbentis: [h] & domus impleta est ex odore unguenti.

Judas fremit.
i Matt. 26. 8.
k Marc. 14. 4.
l Matt. 26. 9.
m Marc. 14. 5.

Dixit ergo unus ex Discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus: quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis? dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens; ea, quæ mittebantur, portabat. [i] Videntes autem Discipuli, indignati sunt, intra [k] semetipsos, dicentes: ut quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud venundari [l] multo [m] plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

Jesus defendit ungentē, & carpit frementem.
n Matt. 26. 10.
o Joan. 12. 7.
p Marc. 14. 6.
q Matt. 26. 12.
r Marc. 14. 8.
s Matt. 26. 13.

[n] Sciens autem Jesus, ait illis: quid molesti estis huic mulieri? [o] Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud. [p] Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum; & cùm volueritis, potestis illis bene facere: me autem non semper habetis. Quod habuit hæc, fecit. [q] Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, [r] prævenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus, [s] & quod hæc fecit in memoriam ejus.

Ap-

Machinatio mortis ex parte Judæorum.

IV. Appropinquabat [a] autem dies feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha. [b] Erat autem Paſcha & azyma poſt biduum: & quærebant ſummi Sacerdotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent [c] Timebant verò plebem. [d] Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotum, & ſeniores Populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & conſilium fecerunt, ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem; non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

a Luc. 21. 1.
b Marc. 14. 1.
c Luc. 22. 2.
d Matt. 26. 3.

Judas vendit Jeſum.

V. Intravit [e] autem Sathanas in Judam, qui cognominabatur Iſcariotes, unum de duodecim. Et abiit [f] ad ſummos Sacerdotes, ut proderet eum illis. [g] Et locutus eſt cum Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis. [h] Et ait illis: quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi [i] audientes, gaviſi ſunt: & promiſerunt, [k] & pacti ſunt, pecuniam illi dare: [l] conſtituerunt ei triginta argenteos. [m] Et ſpopondit. [n] Et exinde quærebat opportunitatem, [o] ut traderet eum ſine turbis.

e Luc. 22. 3.
f Marc. 14. 10.
g Luc. 22. 4.
h Matt. 26. 15.

i Marc. 14. 11.
k Luc. 22. 5.
l Matt. 26. 15.
m Luc. 22. 6.
n Matt. 26. 16.
o Luc. 22. 6.

Prædictio lapſus Judæ.

VI. Venit [p] autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. [q] Veſpere autem facto, [r] & cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. [ſ] Et diſcumbentibus eis, & manducantibus, Jeſus [t] turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen, Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, [u] qui manducat mecum. [x] Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. [y] At illi cœperunt contriſtari: [z] & quærere inter ſe, quis eſſet, qui hoc facturus eſſet? [aa] Aſpiciebant ergo ad invicem Diſcipuli, hæſitantes, de quo diceret. [bb] Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere ei ſingulatim: [cc] nunquid ego ſum, Domine? at ipſe reſpondens, [dd] ait illis; unus ex duodecim, [ee] qui intingit mecum manum in

p Luc. 22. 7.
q Matt. 26. 20.
r Luc. 22. 14.
ſ Marc. 14. 18.
t Joan. 13. 21.

u Marc. 14. 18.
x Luc. 22. 21.
y Marc. 14. 19.
z Luc. 22. 23.

aa Joan. 13. 22.
bb Matt. 26. 22.

cc Matt. 26. 22.
dd Marc. 14. 20.

ee Matt. 26. 23.

paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: nunquid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

Joan. 13. 23. Erat [a] ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: quis est, de quo dicit? Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est? respondit Jesus: ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, introivit in eum Sathanas. Et dixit ei Jesus: quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus: eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exivit continuò. Erat autem nox.

Prædictio lapsus Petri.

Joan. 13. 31. VII. Cùm [b] ergo exisset, dixit Jesus: nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Judæis: quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò. Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem, sicuti dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis: Respondit Jesus: quò ego vado, non potes me sequi modò: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: quare non possum te sequi modò? Animam meam pro te ponam. Respondit ei

Jesus

Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges.

Aut [a]autem Dominus: Simon, Simon, ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. At ille dixit: dico tibi, Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges, nosse me.

2. Prædictio lapsus Petri.

a Luc. 22. 31.

Tunc [b] dicit illis Jesus: omnes vos scandalum patiemini in me, in nocte ista: scriptum est enim: *Percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis*: postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: etsi omnes scandalizati fuerint in Te: [c] sed non ego: [d] ego nunquam scandalizabor. [e] Et ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia tu hodie, in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: [f] etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes Discipuli dixerunt.

3. Prædictio lapsus Petri.

b Matt. 26. 31. Zach. 13. 7.

c Marc. 14. 19.
d Matt. 26. 33.
e Marc. 14. 30.

f Matt. 26. 35.

VIII. Et [g] dixit eis: quando misi vos sine sacculo & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: nihil. Dixit ergo eis: sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: *& cum iniquis deputatus est*. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt. Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.

Ultima prædictio Passionis.

g Luc. 22. 35.

Isaiæ 53. 12.

CAPUT SECUNDUM.

Jesus in horto.

Jesus ingreditur hortū.

a Matt. 26. 30.
b Joan. 18. 1.
c Luc. 22. 39.
d Matt. 26. 36.
e Joan. 18. 1.

I. ET [a] hymno dicto, [b] Jesus egressus est cum Discipulis suis trans torrentem Cedron. Et [c] egressus ibat, secundum consuetudinem, in montem olivarum. Secuti sunt autem illum & Discipuli. [d] Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani: [e] ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & Discipuli ejus. Sciebat autem, & Judas, qui tradebat eum, locum; quia frequenter Jesus convenerat illuc, cum Discipulis suis.

Cruciatur in corde.

f Luc. 22. 40.
g Matt. 26. 36.
h Luc. 22. 40.
i Matt. 26. 37.
k Marc. 14. 33.
l Matt. 26. 37.

II. Et [f] cùm pervenisset ad locum, [g] dixit Discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Orate, [h] ne intretis in tentationem. Et ipse avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis. [i] Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, [k] Jacobo & Joanne secum, cæpit pavere & tædere, [l] contristari & mæstus esse. Tunc ait illis: tristis est anima mea usq;ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum.

Orat.

m Marc. 14. 35.
n Luc. 22. 41.
o Marc. 14. 35.
p Matt. 26. 39.
q Marc. 14. 35.
r Matt. 26. 39.
s Marc. 14. 36.
t Luc. 22. 42.
u Matt. 26. 39.
x Luc. 22. 42.
y Matt. 26. 39.
z Luc. 22. 42.

III. Et [m] cùm processisset paululum, [n] positis genibus, [o] procidit super terram, [p] in faciem suam: [q] & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora. Et dixit; Abba, Pater, [r] Pater mi, [s] omnia tibi possibilia sunt: [t] si vis, [u] si possibile est, transeat à me calix iste: transfer [x] calicem istum à me: [y] veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: [z] non mea voluntas, sed tua fiat.

Discipuli dormiunt.

aa Idem 22. 45.
bb Marc. 14. 37.
cc Luc. 22. 26.

IV. Et [aa] cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad Discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia. [bb] Et ait Petro: Simon, dormis? Non potuisti una hora vigilare? [cc] Et ait illis: quid dormitis?

Sic [a] non potuistis una hora vigilare mecum? [b] Surgite: [c] vigilate, & orate;ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

a Matt. 26. 40.
b Luc. 22. 46.
c Matt. 26. 41.

Jesus secundò orat.

V. Iterùm [d] secundò abiit, & oravit, [e] eundem sermonem dicens: [f] Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

d Idem 26. 42.
e Marc. 14. 39.
f Matt. 26. 42.

Discipuli secundò dormiunt.

VI. Et [g] venit iterum, [h] & reversus, denuò invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati: & ignorabant, quid responderent ei.

g Idem 26. 43.
h Marc. 14. 40.

Jesus tertiò orat, & sanguinem sudat.

VII. Et [i] relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eumdem sermonem dicens. [k] Apparuit autem illi Angelus de Cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis, decurrentis in terram.

i Matt. 26. 44.
k Luc. 22. 43.

Discipuli tertiò dormiunt.

VIII. Et [l] venit tertiò [m] ad Discipulos suos: & dicit illis: dormite jam, & requiescite. [n] Sufficit: ecce [o] appropinquavit, [p] venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite: eamus:ecce, qui me tradet, prope est.

l Marc. 14. 41.
m Matt. 26. 45.
n Marc. 14. 41.
o Matt. 26. 45.
p Marc. 14. 41.

Judas ducit Lictores.

IX. Et, [q] adhuc eo loquente, [r] ecce Judas [s] Iscariotes, unus de duodecim, [t] cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis Ministros, venit illuc, & [u] cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, [x] cum lanternis & facibus & armis; [y] missi à Principibus Sacerdotum, [z] & Scribis,& senioribus [aa] populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: quemcumque osculatus fuero,ipse est: tenete eum, [bb] & ducite cautè.

q Idem 14. 43.
r Matt. 26. 47.
s Marc. 14. 43.
t Joan. 18. 3.
u Matt. 26. 47.
x Joan. 18. 3.
y Matt. 26. 47.
z Marc. 14. 43.
aa Matt. 26. 47.
bb Marc. 14. 44.

Jesum osculo tradit.

X. Et [cc] cùm venisset, [dd] antecedebat eos. [ee] Et confestim accedens ad Jesum, [ff] ut oscularetur eum, dixit: [gg] Ave, Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? [hh] Juda, osculo filium hòminis tradis?

cc Idem 14. 45.
dd Luc. 22. 47.
ee Matt. 26. 49.
ff Luc. 22. 47.
gg Matt. 26. 49.
hh Luc. 22. 48.

Jesus

Jesus prosternit Lictores.

a Ioan. 18. 4.

XI. Jesus [a] itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: quem quæritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: ego sum. Stabat autem & Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum. Respondit Jesus: dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, ut impleretur sermo, quem dixit: *Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.*

Joan. 17. 12.

Petrus Jesum defendit, & Malchum ferit.

b Luc. 22. 49.
c Marc. 14. 47.
d Matt. 26. 52.
e Ioan. 18. 6.
f Matt. 26. 51.
g Ioan. 18. 10.

XII. [b] Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? [c] unus autem quidam de circumstantibus, [d] ex his, qui erant cum Jesu, [e] Simon Petrus, habens gladium, [f] extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens servum Principis Sacerdotum, amputavit auriculam ejus [g] dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.

Jesus Petrum redarguit, & Malchum sanat.

h Luc. 22. 51.
i Ioan. 18. 11.
k Matt. 26. 52.
l Ioan. 18. 11.
m Matt. 26. 52.
n Ioan. 18. 11.
o Matt. 26. 53.

XIII. Respondens [h] autem Jesus, ait: sinite usque huc. Et cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. [i] Dixit ergo Jesus Petro: [k] converte gladium tuum in locum suum: [l] mitte gladium tuum in vaginam. [m] Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. [n] Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? [o] An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò, plusquam duodecim legiones Angelorum? quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?

Judæis improperat.

p Matt. 26. 55.
q Luc. 22. 52.
r Matt. 26. 55.

XIV. In [p] illa hora dixit Jesus [q] ad eos, qui venerant ad se, Principes Sacerdotum, & Magistratus Templi; & seniores, & [r] turbas: tanquam ad latronem existis cùm gladiis & fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in Templo,

& non

& non me tenuistis, [a] non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. [a] Luc. 22. 53.

XV. Tunc [b] accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt. [c] Cohors ergo, & Tribunus, & Ministri Judæorum comprehenderunt Jesum & ligaverunt eum. [d] Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum.

Jesum comprehendunt, & ligant. b Matt. 26. 50. c Joan. 18. 12. d Matt. 26. 56.

XVI. Tunc [e] Discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus syndone super nudo, & tenuerunt eum. At ille projectâ syndone, nudus profugit ab eis.

Discipuli fugiunt. e Marc. 14. 50.

CAPUT TERTIUM.

Jesus in domo Annæ & Cayphæ.

I. ET [f] adduxerunt eum ad Annam primùm: erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judæis: *Quia expedit, unum hominem mori pro populo.*

Jesus ducitur ad Annam. f Joan. 18. 13. Joan. 11. 50.

II. Et [g] misit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem. At [h] illi tenentes Jesum, [i] eum [k] duxerunt ad Caypham Principem Sacerdotum, [l] ad domum Principis Sacerdotum: [m] ubi [n] omnes Sacerdotes, [o] & scribæ, & seniores convenerant.

Jesus ducitur ad Caypham. g Joan. 18. 24. h Matt. 26. 57. i Luc. 22. 54. k Matt. 26. 57. l Luc. 22. 54. m Matt. 26. 57. n Marc. 14. 53. o Matt. 26. 57.

III. Sequebatur [p] autem Jesum Simon Petrus [q] à longè [r], & alius Discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo Discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dicit ostiariæ, & introduxit Petrum usque intrò in atrium summi Pontificis. [s] Et ingressus (est) intrò. [t] Accenso

Petrus sequitur Jesum. p Joan. 18. 15. q Matt. 26. 58. r Joan. 18. 15. s Matt. 26. 58. t Luc. 22. 55.

a Joan. 18. 18.

cenſo autem igne in medio atrii, [a] ſtabant ſervi & miniſtri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus, ſtans, & calefaciens ſe. [b] Et circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum: [c] ſedebat cum miniſtris ad [d] ignem, & calefaciebat ſe, [e] ut videret finem.

b Luc. 22. 55. c Matt. 26. 58. d Marc. 14. 54. e Matt. 22. 58.

Primum examen Jeſu in concilio nocturno.

IV. Pontifex [f] ergo interrogavit Jeſum de Diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus. Reſpondit ei Jeſus: Ego palàm locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus ſim eis. Ecce hi ſciunt, quid dixerim ego.

f Joan. 18. 19.

Alapa percutitur.

V. Hæc [g] autem, cùm dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorum, dedit alapam Jeſu, dicens: ſic reſpondes Pontifici? Reſpondit ei Jeſus: ſi malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, quid me cædis?

g Joan. 18. 22.

Falſi teſtes inſurgunt adverſus Jeſum.

VI. Principes [h] autem Sacerdotum & omne Concilium, quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ut eum morti traderent; & non invenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. [i] Multi enim teſtimonium falſum dicebant adverſus eum, & convenientia teſtimonia non erant. [k] Noviſſimè autem venerunt duo falſi teſtes, & [l] ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant adverſus eum, dicentes: quoniam nos audivimus eum dicentem; ego diſſolvam Templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo. [m] Et dixerunt: hic dixit; poſſum deſtruere Templum Dei, & poſt triduum reædificabo illud. [n] Et non erat conveniens teſtimonium illorum. Et exſurgens ſummus Sacerdos in medium, interrogavit Jeſum, dicens: Non reſpondes quicquam ad ea, quæ tibi objiciuntur ab his? Quæ [o] iſti adverſum Te teſtificantur? Jeſus autem tacebat, [p] & nihil reſpondit.

h Matt. 26. 59. i Marc. 14. 56. k Matt. 26. 60. l Marc. 14. 57. m Matt. 26. 61. n Marc. 14. 59. o Matt. 26. 62. p Marc. 14. 61.

Rur-

VII. Rursus [a] summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus, filius Dei benedicti? Adjuro [b] te per Deum vivum, ut dicas nobis; si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Jesus: Tu dixisti: [c] Ego sum. [d] Verumtamen dico vobis; amodò videbitis filium hominis, sedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

Cayphas adjurat Jesum fatetur se filium Dei, & judicē mundi.

a Marc. 14. 61.
b Matt. 26. 63.
c Marc. 14. 62.
d Matt. 26. 64.

VIII. Tunc [e] Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit. [f] Quid adhuc desideramus testes? [g] quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: reus est mortis. [h] Omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.

Jesus condēnatur mortis.

e Idem. 26. 65.
f Marc. 14. 63.
g Matt. 26. 65.
h Marc. 14. 64.

IX. [i] Tunc [k] cæperunt quidam conspuere eum, & [l] expuerunt in faciem ejus. [m] Et viri qui tenebant eum, illudebant ei, cædentes. [n] Et ministri alapis eum cædebant. [o] Et colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt. [p] Et velaverunt [q] faciem ejus. [r] Et percutiebant faciem ejus, & interrogabant eum dicentes: [s] Prophetiza nobis, Christe; quis est, qui te percussit? [t] Et multa alia blasphemantes dicebant in eum.

Contumeliæ nocturnæ in Jesum.

i Matt. 26. 67.
k Marc. 14. 65.
l Matt. 26. 67.
m Luc. 22. 63.
n Marc. 14. 65.
o Matt. 26. 67.
p Luc. 22. 63.
q Marc. 14. 65.
r Luc. 22. 64.
s Matt. 26. 68.
t Luc. 22. 65.

X. Petrus [u] verò sedebat foris in atrio [x] deorsum. [y] Et accessit ad eum [z] Ancilla ostiaria, [aa] una ex ancillis summi Pontificis. Et cùm vidisset Petrum calefacientem se, [bb] & sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. [cc] Dicit ergo Petro Ancilla ostiaria; nunquid & tu ex Discipulis es hominis istius? [dd] Aspiciens illum ait: & cum Jesu Nazareno [ee] Galilæo eras. [ff] At ille negavit eum, [gg] coram omnibus, dicens: [hh] Non sum: [ii] Mulier, non novi illum: Nescio, [kk] quid dicis: [ll] neque scio, neque novi, quid dicas. Et exiit foras ante atrium; & gallus cantavit.

1. Negatio Petri.

u Matt. 26. 69.
x Marc. 14. 66.
y Matt. 26. 69.
z Joan. 18. 19.
aa Marc. 14. 66.
bb Luc. 22. 56.
cc Joan. 18. 17.
dd Marc. 14. 67.
ee Matt. 26. 69.
ff Luc. 22. 57.
gg Matt. 26. 70.
hh Joan. 18. 17.
ii Luc. 22. 57.
kk Matt. 26. 70.
ll Marc. 14. 68.

2. Negatio Petri.

a Matt. 26. 71.
b Marc. 14. 69.
c Matt. 26. 71.
d Luc. 22. 58.
e Joan. 18. 25.

XI. Exeunte[a] autem illo januam, vidit eum alia Ancilla. Et ait his, qui erant ibi,[b] circumstantibus: quia hic ex illis est:[c] Et hic erat cum Jesu Nazareno.[d] Et post pusillum, alius videns eum, dixit: & tu de illis es.[e] Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: nunquid & tu ex Discipulis ejus es?[f] At ille iterum negavit,[g] cum juramento,[h] & dixit:[i] ô homo, non sum:[k] non novi hominem.

f Marc. 14. 70.
g Matt. 26. 72.
h Joan. 18. 25.
i Luc. 22. 58.
k Matt. 26. 72.

3. Negatio Petri.

XII. [l] Et post pusillum,[m] intervallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: verè & hic cum illo erat; nam & Galilæus est.[n] Rursus[o] accesserunt, qui stabant, & dicebant Petro: verè & tu ex illis es:[p] nam & Galilæus es,[q] & loquela tua manifestum te facit.[r] Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam: nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergò negavit Petrus. Et[s] ait Petrus: homo nescio, quid dicis.[t] Tunc cæpit detestari,[u] anathematizare,[x] & jurare; quia non novisset hominem:[y] quia nescio hominem istum, quem dicitis.[z] Et statim[aa] continuò, adhuc eo loquente, gallus[bb] iterum cantavit.

l Idem 26. 73.
m Luc. 22. 59.
n Marc. 14. 70.
o Matt. 26. 73.
p Marc. 14. 70.
q Matt. 26. 73.
r Joan. 18 26.
s Luc. 22. 60.
t Matt. 26. 74.
u Marc. 14. 71.
x Matt. 26. 74.
y Marc. 14. 71.
z Marc. 14. 72.
aa Luc. 22. 60.
bb Marc. 14. 72.

Conversio Petri.

XIII. Et[cc] conversus Dominus, respexit Petrum.[dd] Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus: priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cæpit flere.[ee] Et egressus foras, flevit amarè.

cc Luc. 22. 61.
dd Marc. 14. 72.
ee Luc. 22. 62.

CAPUT QUARTUM.

Jesus in domo Pilati.

2. Examen Jesu in Concilio matutino.

I. MANE [a] autem facto, [b] Et ut factus est dies, convenerunt(&) [c] consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, [d] cum senioribus [e] populi, [f] & scribis,& universo Concilio, [g] adversus Jesum, ut eum morti traderent. [h] Et duxerunt illum in Concilium suum, dicentes: si tu es Christus; dic nobis. Et ait illis: si vobis dixero, non credetis mihi; si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dexteris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus de ore ejus.

a *Matt.* 27. 1.
b *Luc.* 22. 66.
c *Matt.* 27. 1.
d *Marc.* 15. 1.
e *Matt.* 27. 1.
f *Marc.* 15. 1.
g *Matt.* 27. 1.
h *Luc.* 22. 66.

Jesus ducitur ad Pilatū

II. [i] Et confestim [k] surgens omnis multitudo eorum, [l] vincientes Jesum, [m] vinctum adduxerunt eum [n] ad Pilatum. [o] Et tradiderunt Pontio Pilato Præsidi.

i *Marc.* 15. 1.
k *Luc.* 23. 1.
l *Marc.* 15. 1.
m *Matt.* 27. 2.
n *Luc.* 23. 1.
o *Matt.* 27. 2.

Vana pœnitentia Judæ.

III. [p] Tunc videns Judas,qui eum tradidit,quod damnatus esset, pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & senioribus; dicens: peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: quid ad nos; tu videris. Et projectis argenteis in Templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. *Et suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus.*

p *Idem* 27. 3.

Actor. 1. 18.

Pretium sanguinis Jesu ager figuli.

IV. Principes [q] autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: non licet, eos mittere in Corbonam; quia pretium sanguinis est. Consilio autem ini-

q *Matt.* 27. 6.

to, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam Peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque ad hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam Prophetam, dicentem: *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.*

Zachar. 11. 12.

Judæi apud Pilatum Jesum accusãt.

a Joan. 18. 28.

V. Adducunt [a] ergo Jesum à Caypha in Prætorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in Prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Exivit ergo Pilatus foras ad eos, & dixit: quam accusationem adfertis adversus hominem hunc? responderunt & dixerunt ei: si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: accipite eum vos, & secundùm legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: nobis non licet interficere quemquam. *Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit*, significans, qua morte esset moriturus. [b] Cœperunt autem illum accusare dicentes: hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.

Matt. 20. 19.

b Luc. 23. 2.

Pilatus Jesum examinat.

c Joan. 18. 33.
d Matt. 27. 11.
e Joan. 18. 34.

VI. Introivit [c] ergo iterum Prætorium Pilatus, & vocavit Jesum. [d] Jesus autem stetit ante Præsidem. Et interrogavit eum Præses, dicens: Tu es Rex Judæorum? [e] Respondit Jesus: à temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: nunquid ego Judæus sum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc Mundo. Si ex hoc Mundo esset Regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis. Nunc autem Regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu?

respon-

respondit Jesus: tu dicis, quia Rex sum ego. Et in hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?

Pilatus Jesum absolvit
[a] Joan. 18. 38.
[b] Luc. 23. 4.
[c] Joan. 18. 38.
[d] Luc. 23. 4.

VII. Et [a] cùm hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, [b] ad Principes Sacerdotum & Turbas, [c] & dicit eis: [d] nihil invenio causæ in homine hoc.

Judæi instant adversus Jesum.
[e] Marc. 15. 3.
[f] Matt. 27. 12.

VIII. Et [e] accusabant eum summi Sacerdotes in multis. [f] Et cùm accusaretur à Principibus Sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.

Jesus tacet.
[g] Marc. 15. 4.
[h] Matt. 27. 13.
[i] Marc. 15. 4.
[k] Matt. 27. 14.
[l] Marc. 15. 5.
[m] Matt. 27. 14.

IX. Pilatus [g] autem rursum interrogavit eum, dicens: [h] non audis, quanta adversum te dicunt testimonia? [i] Non respondes quidquam? vide, in quantis te accusant. Jesus autem amplius nihil respondit [k] ei ad ullum verbum; itaut miraretur Præses [l] Pilatus [m] vehementer.

Judæi secundò instāt adversus Jesum
[n] Luc. 23. 5.

X. At [n] illi invalescebant, dicentes: commovet populum, docens per universam Judæam, incipiens à Galilæa usque huc.

CAPUT QUINTUM.

Jesus apud Herodem.

Jesus mittitur ad Herodem.
[o] Luc. 23. 6.

I. PIlatus [o] autem audiens Galilæam, interrogavit: si homo Galilæus esset. Et ut cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, quia & ipse Jerosolymis erat illis diebus.

Herodes interrogat Jesum. Jesus silet.
[p] Idem 23. 8.

II. Herodes [p] autem, viso Jesu, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore, videre eum: eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum mul-

multis sermonibus. At ipse nihil ei respondebat.

Judæi accusant Jesum apud Herodem.

a Idem 23. 10.

III. Stabant [a] autem Principes Sacerdotum & Scribæ, constanter accusantes eum.

Herodes Jesum spernit, & remittit.

b Idem 23. 11.

IV. Sprevit [b] autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in die illa: nam anteà erant inimici ad invicem.

CAPUT SEXTUM.

Jesus secundò in domo Pilati.

Pilatus pro Jesu dicit ad Judæos.

c Luc. 23. 13.

I. Pilatus [c] autem convocatis Principibus Sacerdotum, & Magistratibus, & plebe; dixit ad illos: obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum. Et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam invenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum: & ecce nihil morte dignum actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam.

Pro eodem dicit ad plebem, comparato Barabbæ.

d Matt. 27. 15.
e Luc. 23. 17.
f Matt. 27. 15.
g Marc. 15. 6.
h Matt. 27. 16.
i Joan. 18. 40.
k Luc. 23. 19.
l Marc. 15. 7.
m Matt. 27. 17.
n Marc. 15. 9.
o Joan. 18. 38.

II. Per [d] diem autem solemnem consueverat (&) [e] necesse habebat [f] Præses, populo dimittere unum vinctum, quem voluissent, [g] quemcumque petissent. [h] Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. [i] Erat autem Barabbas latro, [k] qui propter seditionem quandam factam in Civitate, & homicidium, missus erat in carcerem (&) [l] cum seditiosis erat vinctus. Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. [m] Congregatis ergo illis, [n] Pilatus respondit eis, & dixit: [o] Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Judæorum? [p] Quem vultis dimittam vobis?

p Matt. 27. 17.

Ba-

Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? [a] Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum summi Sacerdotes.

a Marc. 15. 10.

III. Principes [b] autem Sacerdotum & seniores [c] concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis: [d] persuaserunt populis, ut peterent Barabbam: Jesum verò perderent. Respondens autem Præses, ait illis: [e] Quem vultis vobis de duobus dimitti? [f] Exclamavit autem simul universa turba, dicens; [g] non hunc, sed Barabbam: [h] Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

Plebs postulat Barabbã præ Jesu.

b Matt. 27. 20.
c Marc. 15. 11.
d Matt. 27. 20.
e Matt. 27. 21.
f Luc. 23. 18.
g Joan. 18. 40.
h Luc. 23. 18.

IV. Iterùm [i] autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum. [k] Et dicit illis Pilatus: quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? [l] Quid ergò vultis faciam Regi Judæorum? At illi iterum clamaverunt [m] omnes: crucifigatur. [n] Succlamabant, dicentes: Crucifige, Crucifige eum.

Postulat Jesum crucifigi.

i Luc. 23. 20.
k Matt. 27. 22.
l Marc. 15. 12.
m Matt. 27. 23.
n Luc. 23. 21.

V. Ille [o] autem tertiò dixit ad illos: quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. [p] At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur: [q] Crucifige eum. Et [r] instabant vocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur. Et invalescebant voces eorum.

Instant, ut crucifigatur.

o Luc. 23. 22.
p Matt. 27. 23.
q Marc. 15. 14.
r Luc. 23. 23.

VI. Tunc [s] ergò apprehendit Pilatus Jesum, & *flagellavit*.

Jesus flagellatur.

s Joan. 19. 1.

VII. [t] Milites autem [u] Præsidis, suscipientes Jesum in Prętorium, [x] duxerunt eum in atrium Prętorii: [y] congregaverunt ad eum universam cohortem. Et exuentes eum, clamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dexterâ ejus.

Jesus coronatur.

t Marc. 15. 16.
u Matt. 27. 27.
x Marc. 15. 16.
y Matt. 27. 27.

VIII. [z] Et veniebant ad eum, [aa] & genuflexo ante eum, illudebant ei. [bb] Et cœperunt salutare eum, [cc] dicentes: Ave, Rex Judæorum. [dd] Et dabant ei alapas.

Illuditur à militibus.

z Joan. 19. 3.
aa Matt. 27. 29.
bb Marc. 15. 18.
cc Matt. 27. 29.
dd Joan. 19. 3.

a Matt. 27. 30. b Marc. 15. 19. pas. [a] Et expuentes in eum, acceperunt arundinem: Et [b] percutiebant caput ejus arundine: & conspuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum.

Ostentui Judæis habetur. c Joan. 19. 4.

IX. Exivit [c] ergò iterum Pilatus foràs: & dixit eis: ecce adduco vobis eum foràs, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam (exivit ergò Jesus, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum) & dicit eis: ecce homo.

Rursus postulant Jesũ crucifigi. d Joan. 19. 6.

X. Cùm [d] ergò vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant dicentes: Crucifige, Crucifige eum. Dicit eis Pilatus: accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei Judæi: nos legem habemus, & secundùm legem debet mori; quia filium Dei se fecit. Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

Pilatus rursus examinat Jesum. e Joan. 19. 9.

XI. Et [e] ingressus est Prætorium iterum, & dixit ad Jesum: unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo, crucifigere te; & potestatem habeo, dimittere te? Respondit Jesus: non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

Quærit dimittere Jesum. f Joan. 19. 12.

XII. Et [f] exinde, quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant, dicentes: si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se Regem facit, contradicit Cæsari.

Monetur ab uxore. g Joan. 19. 13. h Matt. 27. 19.

XIII. Pilatus [g] autem, cùm audisset hos sermones, adduxit foras Jesum. Et sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lytostrotos, hæbraicè autem Gabatha. [h] Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: nihil tibi, & Justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum.

XIV. Erat[a] autem Parasceve Paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Judæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabant: tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: non habemus Regem, nisi Cæsarem.

Ultimò pı Jesu perora

a Joan. 19. 14

XV. Videns[b] autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret; acceptâ aquâ, lavit manus coram populo, dicens: innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis. Et respondens universus populus, dixit: sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

Lavat manı

b Matt. 27. 24.

XVI. Pilatus[c] autem volens populo satisfacere, [d] adjudicavit fieri petitionem eorum. [e] Tunc dimisit illis Barabbam, [f] qui propter homicidium, & seditionem, missus fuerat in carcerem, quem petebant. [g] Jesum autem flagellatum [h] tradidit voluntati eorum, ut [i] crucifigeretur.

Pilatus Jes tradit in mortem.

c Marc. 15. 15.
d Luc. 23. 24
e Matt. 27. 26.
f Luc. 23. 25.
g Matt. 27. 26.
h Luc. 23. 25.
i Matt. 27. 26.

CAPUT SEPTIMUM.

Jesus sub Cruce.

I. SUsceperunt[k] autem Jesum: [l] Et postquam illuserunt eum, exuerunt eum purpurâ, & induerunt eum vestimentis suis; & educunt illum, ut crucifigerent eum. [m] Et bajulans sibi Crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, hebraicè autem Golgotha. [n] Ducebantur autem & alii duo nequam, cum eo, ut interficerentur.

Jesus ducitı ad Calvari locum: crı cem bajula latrones co mitantur.

k Joan 19. 16
l Marc. 15. 20
m Joan. 19. 17
n Luc. 23. 32

III. [o] Exeuntes autem, [p] & cùm ducerent eum, [q] invenerunt [r] prætereuntem quempiam [s] hominem Cyrenæum, nomine Simonem, [t] Patrem Alexandri

Simon cruc bajulat po Jesum.

o Matt. 27. 32
p Luc. 23. 26
q Matt. 27. 32
r Marc. 15. 21
s Matt. 27. 31
t Marc. 15. 21

a Luc. 23. 26. b Matt. 27. 32. c Luc. 23. 26. d Marc. 15. 21. e Luc. 23. 26.

xandri & Ruffi, [a] venientem de Villa. [b] Hunc [c] apprehenderunt, [d] & angariaverunt, ut tolleret Crucem ejus. Et [e] imposuerunt illi Crucem portare post Jesum.

Mulieres plangunt Jesum.

f Idem 23. 27.

III. Sequebatur [f] autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur illum. Conversus autem ad illas Jesus, dixit: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt; & ubera, quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus; cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet?

Jesus vino myrrhato refocillatur.

g Marc. 15. 22. h Matt. 27. 33. i Marc. 15. 23. k Matt. 27. 34. l Marc. 15. 23.

IV. Et [g] perducunt illum, [h] & venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere, [i] myrrhatum, [k] cum felle mistum, Et cùm gustasset, noluit bibere: [l] & non accepit.

CAPUT OCTAVUM.

Jesus in Cruce.

Jesus crucifigitur.

m Luc. 23. 33. n Marc. 15. 25. o Joan. 19. 18. p Luc. 23. 33. q Joan. 19. 18. r Luc. 23. 33. s Joan. 19. 18. t Marc. 15. 28. Isai. 53. 12.

I. ET [m] postquam venerunt in locum [n] qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum. Erat [o] autem hora tertia: & crucifixerunt eum, & cum eo alios duos [p] latrones, [q] hinc & hinc, [r] unum à dextris, & alterum à sinistris: [s] Medium autem Jesum. [t] Et impleta est Scriptura, quæ dicit: *Et cum iniquis reputatus est.*

Titulus Cruci imponitur

u Joan. 19. 19. x Matt. 27. 37. y Marc. 15. 26.

II. Scripsit [u] autem & titulum Pilatus, & posuit super Crucem [x]: & imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: [y] Et erat titulus causæ ejus inscriptus super

[a] super eum, litteris Græcis, Latinis, & Hæbraicis. [b] Erat autem scriptum: [c] hic est [d] Jesus Nazarenus Rex Judæorum.

III. Hunc [e] ergo titulum multi Judæorum legerunt: quia prope Civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergò Pilato Pontifices Judæorum: noli scribere, Rex Judæorum: sed, quia ipse dixit: Rex sum Judæorum. Respondit Pilatus: quod scripsi, scripsi.

IV. Milites [f] ergò, cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) & tunicam. [g] Dividentes verò vestimenta ejus, [h] miserunt sortes super eis, quis quid tolleret. [i] Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergò ad invicem: non scindamus eam, sed sortiamur de illâ, cujus sit. Ut scriptura impleretur, dicens [k] per Prophetam dicentem: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* [l] Et milites quidèm fecerunt hæc. [m] Et sedentes servabant eum.

V. Prætereuntes [n] autem blasphemaverunt eum, moventes capita sua, & dicentes: vah! qui destruis Templum Dei, & in triduo reædificas illud. [o] Salvum fac temetipsum, descendens de cruce. [p] Si filius Dei es, descende de cruce. [q] Et stabat populus spectans, & deridebant eum Principes cum eis.

Similiter [r] & Principes Sacerdotum, illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant [s] ad alterutrum: [t] alios salvos fecit, [u] se salvum faciat, si hic est Christus Dei Electus: [x] se ipsum non potest salvum facere. [y] Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. [z] Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in

a *Luc.* 23. 38.
b *Joan.* 19. 19.
c *Matt.* 27. 37.
d *Joan.* 19. 19.

Judæi titulo offenduntur.

e *Idem* 19. 20.

Milites forte dividunt vestimenta Jesu.

f *Joan.* 19. 23.
g *Luc.* 23. 34.
h *Marc.* 15. 24.
i *Joan.* 19. 23.

k *Matt.* 27. 35.
Psalm. 21. 19.

l *Joan.* 19. 24.
m *Matt.* 27. 36.

Contumeliæ in Jesum crucifixum à Plebe Judæorum.

n *Idem* 27. 39.
o *Marc.* 15. 30.
p *Matt.* 27. 40.
q *Luc.* 23. 35.

Principibus Sacerdotum, Scribis, & senioribus populi.

r *Matt.* 27. 41.
s *Marc.* 15. 31.
t *Matt.* 27. 42.
u *Luc.* 23. 35.
x *Matt.* 27. 42.
y *Marc.* 15. 32.
z *Matt.* 27. 4[illegible]

Deo; liberet nunc, si vult eum; dixit enim, quia filius Dei sum.

Latronibus. [a] Matt. 27. 44. [b] Marc. 15. 32.

Idipsum [a] autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei, [b] & convitiabantur ei.

Militibus. [c] Luc. 23. 36.

Illudebant [c] autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: si tu es Rex Judæorum, salvum te fac.

Jesus orat pro inimicis suis. [d] Idem 23. 34.

VI. Jesus [d] autem dicebat: *Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.*

Unus latronum convertitur. [e] Idem 23. 39.

VII. Unus [e] autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: neque tu times Deum, quod in eâdem damnatione es? Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, cùm veneris in Regnum tuum.

Jesus pœnitentem salvat. [f] Luc. 23. 43.

VIII. Et [f] dixit illi Jesus: *Amen, dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.*

Jesus Matri Joannem, & Matrem Joanni commendat. [g] Joan. 19. 25.

IX. Stabant [g] autem juxta crucem Jesu, Mater ejus, & soror Matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Jesus Matrem, & Discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ: *Mulier, ecce filius tuus.* Deinde dicit Discipulo: *Ecce Mater tua.* Et ex illâ horâ, accepit eam Discipulus in sua.

Tenebræ factæ sunt. [h] Luc. 23. 44. [i] Marc. 15. 33. [k] Matt. 27. 45. [l] Luc. 23. 45.

X. Erat [h] autem ferè hora sexta. [i] Et factâ horâ sextâ, [k] tenebræ factæ sunt super universam terram, à sextâ horâ usque ad horam nonam. [l] Et obscuratus est Sol.

Jesus in Cruce orat pro se. [m] Matt. 27. 46.

XI. Et [m] circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens: *Eli, Eli, Lamma Sabactani*: hoc est: *Deus meus, Deus meus; ut quid dereliquisti me?*

Oui-

XII. [a] Quidam autem [b] de circumſtantibus, [c] illic ſtantes, & audientes, dicebant: [d] Ecce, Eliam [e] vocat iſte. Et continuò currens unus ex eis, acceptam ſpongiam implevit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant: ſine, videamus, an veniat Elias, liberans eum. [f] Et potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus, ſi veniat Elias ad deponendum eum.

Spectatores orationem Jeſu detorquent.

a Matt. 27. 47.
b Marc. 15. 35.
c Matt. 27. 47.
d Marc. 15. 35.
e Matt. 27. 47.
f Marc. 15. 36.

XIII. Poſtea [g] ſciens Jeſus, quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur Scriptura, dixit: *Sitio*.

Jeſus ſitit in cruce.
g Joan. 19. 28.

XIV. Vas [h] ergò poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiam, plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.

Potant ſitientem aceto.
h Idem 19. 29.

XV. Cùm [i] ergò accepiſſet Jeſus acetum, dixit: *conſummatum eſt*.

Conſummat omnia.
i Idem 19. 30.

XVI. Et [k] clamans voce magnâ Jeſus, ait: PATER IN MANUS TUAS COMMENDO SPIRITUM MEUM.

Commendat ſe Patri.
k Luc. 23. 46.

XVII. [l] Et hæc dicens, [m] Jeſus iterum clamans voce magnâ, [n] emiſsâ voce magnâ, [o] & inclinato capite, tradidit ſpiritum, [p] emiſit ſpiritum, [q] exſpiravit.

Jeſus moritur.
l Idem 23. 46.
m Matt. 27. 50.
n Marc. 15. 37.
o Joan. 19. 30.
p Matt. 27. 50.
q Marc. 15. 37.
q Luc. 23. 46.

XVIII. Et [r] ecce velum Templi ſciſſum eſt [ſ] medium [t] in duo [u] in duas partes, à ſummo uſque deorſum: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: & monumenta aperta ſunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt: Et exeuntes de monumentis, poſt reſurrectionem ejus venerunt in Sanctam Civitatem, & apparuerunt multis.

Miracula poſt mortem Jeſu.
r Matt. 27. 51.
ſ Luc. 23. 45.
t Marc. 15. 38.
u Matt. 27. 51.

XIX. Videns [x] autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, [y] quod factum fuerat, [z] quia ſic clamans exſpiraſſet, [aa] glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo juſtus erat, [bb] verè hic homo filius Dei erat. [cc] Et qui

Centurio, cuſtodes, & ſpectatores convertuntur.
x Marc. 15. 39.
y Luc. 23. 47.
z Marc. 15. 39.
aa Luc. 23. 47.
bb Marc. 15. 39.
cc Matt. 27. 54.

cum

cum eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste. [a] Et omnis turba eorum, qui simul aderant, ad spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.

a Luc. 23. 48.

Amici Jesu & mulieres spectant à longè.

XX. Stabant [b] autem omnes noti ejus à longè, [c] & erant ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Jesum à Galilæâ. [d] Et cùm esset in Galilæâ sequebantur eum, & ministrabant ei: Et aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Jerosolymam: [e] inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Jacobi [f] minoris, [g] & Joseph Mater, [h] & Salome, [i] & Mater filiorum Zebedæi, [k] de longè aspicientes, [l] hæc videntes.

b Luc. 23. 49.
c Matt. 27. 55.
d Marc. 15. 41.
e Matt. 27. 56.
f Marc. 15. 40.
g Matt. 27. 56.
h Marc. 15. 40.
i Matt. 27. 56.
k Marc. 15. 40.
l Luc. 23. 49.

Latus Jesu lancea aperitur.

XXI. Judæi [m] ergò quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergò milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus erat cum eo. Ad Jesum autem cùm venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura: sed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: *Os non comminuetis ex eo*. Et iterum alia Scriptura dicit: *Videbunt, in quem transfixerunt*.

m Joan. 19. 31.

Exod. 12. 46.

Zach. 12. 10.

CA-

CAPUT NONUM.

Jesus in Sepulchro.

I. ET [a] ecce, [b] post hæc, [c] cùm jam serò esset factum (quia Parasceve erat, quod est ante sabbathum) [d] Venit vir [e] quidam, homo dives, [f] nomine Joseph, [g] nobilis Decurio, vir [h] bonus & justus (hic non consenserat consilio, & actibus eorum) ab Arimathæa, Civitate Judææ; qui exspectabat & ipse Regnum Dei. Hic accessit, [i] & audacter introivit ad Pilatum, & petiit Corpus Jesu. [k] Rogavit Pilatum (eò quod esset Discipulus Jesu, occultus autem, propter metum Judæorum) ut tolleret Corpus Jesu. [l] Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset. Et accersito Centurione, interrogavit eum, si jam mortuus esset. Et cùm cognovisset à Centurione, donavit Corpus Joseph: [m] & permisit (&) [n] jussit reddi Corpus Jesu.

Joseph petit & impetrat à Pilato corpus Jesu.

a Luc. 23. 50.
b Joan. 19. 38.
c Marc. 15. 42.
d Luc. 23. 50.
e Matt. 27. 57.
f Luc. 23. 50.
g Marc. 15. 43.
h Luc. 23. 50.
i Marc. 15. 43.
k Joan. 19. 38.
l Marc. 15. 44.
m Joan. 19. 38.
n Matt. 27. 58.

II. Joseph [o] autem, mercatus syndonem, [p] venit; [q] & deponens eum, [r] tulit Corpus Jesu; [s] & accepto Corpore, Joseph involvit illud [t] depositum [u] in syndone mundâ. [x] Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhę, & Aloës, quasi libras centum; acceperunt ergò Corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.

Corpus Jesu de cruce deponitur, & conditur.

o Marc. 15. 46.
p Joan. 19. 38.
q Marc. 15. 46.
r Joan. 19. 38.
s Matt. 27. 59.
t Luc. 23. 53.
u Matt. 27. 59.
x Joan. 19. 39.

III. Erat [y] autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quispiam positus erat, [z] quod erat excisum in petrâ. [aa] Ibi ergò propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum. [bb] Et posuit illud (Joseph) in monumento suo novo, quod exciderat

Sepelitur.

y Joan. 19. 41.
z Marc. 15. 46.
aa Joan. 19. 42.
bb Matt. 27. 60.

ciderat in petrâ: & advolvit lapidem magnum ad ostium monumenti; & abiit.

Mulieres parant unguenta.

a *Luc.* 23. 54.
b *Matt.* 27. 61.
c *Marc.* 15. 47.
d *Luc.* 23. 55.
e *Marc.* 15. 47.
f *Luc.* 23. 55.

IV. Et [a] dies erat Parasceves, & Sabbathum illucescebat. [b] Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria [c] Joseph, [d] subsecutæ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilææ, viderunt monumentum, [e] & aspiciebant, ubi poneretur, [f] & quemadmodum positum erat Corpus. Et revertentes, paraverunt aromata, & unguenta: & Sabbatho quidem siluerunt, secundùm mandatum.

Judæi sepulchrum muniunt custodibus.

g *Matt.* 27. 62.

V. Alterâ [g] autem die, quæ est post Parascevem, convenerunt Principes Sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus; quia seductor ille dixit adhuc vivens: post tres dies resurgam. Jube ergò custodiri sepulchrum, usque in diem tertium: ne fortè veniant Discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis. Et erit novissimus error pejor priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite & custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

FINIS.